

Alte Drucke

**Rerum praeclare || GESTARVM, INTRA, ET EX-||TRA MOENIA
MVNITISSIMAE CI-||uitatis Viennensis, pedestri & equestri
|| proelio, terra & aqua, elapso ...**

Wien, 1561

VD16 ZV 27208

Quo pacto vinctus CVPIDO IN GYNECAEVM REGIVM INTRODVTVS fuerit, á
tortore quodam, qui hic suis coloribus depingitur.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149595

Alia Gymnici certami.

NIS IVSSV COMITIS A

LVNA PROMVLGATIO.



INTER hæc, durantibus choreis, ab octaua ad duodecimam horam mediæ noctis, hîc me Generosus Comes à Luna, Legatus Catholici Hispaniarum Regis Philippi &c. qui paludamento insigni fecialium amictus eram, cui & Comitis arma sui stemmatis adpicta conspiciebantur, literas publici conflictus promulgare iussit, rogataq; Cæ: Maiestate &c. ut spectaculis exhibendis facultatem daret, simulq; tempus celebrandis ludis idoneum præfiniret, ad quæ omnia, Sa: Cæsarea Maiestas &c. subito consensit, diemq; spectaculis nimirum, Dominicam, quæ Diui Iohannis sacrum præcedebat, ac vigesima tertia Iunij mensis erat, præstituit: Qui, quo ordine, quibusq; cæremonijs celebrati sint, non intempestiuè paulò inferius, ubi de ijs ipsis singularem tractatum instituerò, agam.

Quo pacto vinctus

CVPIDO IN GYNECAEVVM

REGIVM INTRODVCTVS

fuerit, à tortore quodam,
qui hîc suis coloribus
depingitur.



Paulò post, accedebat Panthominus, seu gesticularior quidam, siue maus ex illo hominum genere, de quibus Lyricorum Princeps Horatius loquitur, cum inquit: Qui caprat risus hominum, famamq; dicacis. Fingere qui non visa potest &c.

G ij

test &c.

test &c. nomine Gratus Gratzelerus, tunc temporis lictoris nomen gerens, & certè nescio, an è millibus vnum satrapæ eligere potuissent, qui aptius gestus carnificis expressisset. Adde quòd à natura ad hoc fictus videbatur, rubris capillis, oculis scintillantibus, facie cicatrosus, dixisses Samium aliquem literatum, corpore mediocri, sed mirum in modum agili. Quid omnia referam? veluti Polypus quemlibet colorem induere potuit, nunc facilis, rursus difficilis, iucundus, acerbus, horridus, vt vel aspectu reos exaninare potuisset. Huic accedebat vestitus militaris (dignum patella cooperculum) caligè laxæ dissectæq; atq; ad terram ferè demissæ. Thorax nigro, croceo & albo setabo transmissus erat, hic adducebat Cupidinem, arctissimè vinctum ingenti aurea catena, qua trahebat ipsum, antè Gynecæum Regium, vbi Cupido per oratorem quendam Germanici sanguinis, suam hoc quo sequitur modo sortem deplorabat.

Cupido Deus amoris,

HOC VERO TEMPORE

VINCTVS, VOBIS MATRONIS,

Virginibusq; omnia læta

& prospera

precatur.



Venit, vt inciuiles quidam ac inurbani, ingratiq; nec mihi, nec Veneri obsequentes Heròes, me eo prætextu, quasi indignationis & ingratitude, sibi à suis amantibus exhibitæ ego causa sim accusant: & tanquàm nocentem, durissimis vinculis constringunt, ac ad maiorem infamiam, immerenti mihi laqueo vitam eripere statuunt. Et quamuis manibus, pedibusq; me illis excusare, meamq; innocentiam probare nitar: tamen nihilo minus, vt homines horridi, crudelissimiq; qui potius suæ effrenatæ libidini, quàm rectæ rationi obtemperantes,

rantes, talia sibi præsumunt, hoc nempè rigidum, imò Tyrannicum potius propositum exequi. Quamobrem, cum perpendam mecum, me ob summam innocentiam, ac aliena flagitia ad supplicium peti, non possum non nisi ad vos ciuillissimas matronas, & longè lectissimas virgines ac puellas, veluti ad sacram anchoram confugere, quæ beneficio Deæ Veneris tantis & animi & corporis dotibus, ad stuporem usq; ornata estis, ac à vobis petere, vt si vena honestatis aliqua in vobis sit, quo ope vestrorum amantium (quos singulis propè horis ad vos amandum instruo, erudio & incito) è manibus crudelissimorum hominum, in libertatem asseratis, & veluti postliminio pristinae dignitati, honoribus, Imperioq; restituantis. Pariter vos optimi, honestissimiq; Herôes, qui semper humanitati, benignitati, beneuolentiæ mirum in modum addicti estis, vobiscum perpendite, me me, vestri causa, sepius sagittas ex amoris pharetra, ad commouendos, incitandosq; vestrarum amantium animos suppedi- tasse. Propterea, si aliqua gutta amoris pristini vestris inhæret animis, quæso, ne hoc tempore vt committatis, pro ingentibus meis ergà vos beneficijs, talem recipiam gratiam, vt eorum manibus vita mihi eripiat, qui mea morte nihil aliud quærunt, quàm omnes flammæ amoris in vobis extinguere, & loco amoris, nihil aliud quàm discordias, lites, & odia, in vniuerso mundo disseminare. Si itaq; hoc tempore id præstiteritis,

(quòd mihi omninò de vobis persuadeo)

promitto, præmij loco, à me feretis

animum meum ergà vos prom-

ptissimum, & quòd hanc

honestissimam redempti-

onem feceritis, me

vobis longè fore

deuinctissi-

mum.

G iij

NVNC

Nunc sequitur, quis ET QVALIS CVPIDO

FVERIT.



Vpidinis personam sustinuit eximiae pulchritudinis puer, duodecim plus minus annorum, qui ac si nudus fuisset, incedebar: vestitu scorteo amictus, qui ea etiam arte atq; industria confectus ac depictus erat, vt ferè nudi hominis speciem referret, obuinctos habebat oculos, albo & tenuissimo linteo, manibus verò arcum gestabat, quem hoc modo amictum, tortor ille horridus, de quo superius dixi, nunc huc, nunc illuc in Gynecæo ductabat, ac misero Cupidini continuò crucem minabatur, ni Gynecæi fauore, & præsidio statim liberaretur. Cum in hunc modū Cupido supplex antè Gynecæum staret, nec mutire auderet, nullàue ex Gynecæo causam eius agere vellet, duo nobiles adolescentes, iustitiam Serenissimi Regis Bohæmiæ Maximiliani &c. prodibant, candidis induti vestibus, muliebri more confectis, seq; in coetum ac congregationem foemineam insinuarunt. Qui pro Cupidine confidenter ac intrepidè intercedere coeperunt, adeò, vt tandem efficerent, ne tam ærumnoso & calamitoso mortis genere illi moriendum, & in sublimi putrescendum esset: Arbitrabantur enim fore lamentabilem ipsum omnium gratiarū ac amoris Deum, in tanta non solum virginum ac Principum corona, verumetiam in Imperatoris conspectu, tam infami ac turpi morte perire. Cæterum, ipsi iuuenes adeò ornatè, prudenter ac copiosè perorarunt, vt nemo fuerit, qui non virgines esse existimarit: Et corporis habitus adeò aptus, conueniensq; illis erat, vt quis affirmare potuisset, nunquàm ipsos alio indumenti genere, quàm muliebri vsos. Interea, dum summa diligentia adolescentes causam Cupidinis agunt, tortor continuò in illum minas iactare, atq; crucè illi misero ac ærūnoso Cupidini nō desierat minari.

Hæ

Hæ binæ virgines, conuerso ad nobiles, cosq; quibus Cupido charus erat sermone, vehementer eos admonere coeperunt, vt si gutta aliqua amoris in illis resideret, Cupidinis defensionem susciperent, simulq; efflagitant, vt qui eius animi essent id palam profiterentur, quibus auditis, quamplurimæ à nobilium caterua prodeuntes, sublati digitis virgineo choro affirmant, se diligenter Cupidini adfuturos. Post has circuitiones & ludibria Cupido ita victus, & captus reducebatur. Binæ verò ille elegantissimæ formæ virgines, rursus se Gynæceo inserunt, ibiq; tempus ducendarum chorearum præstolabantur: Quibus statim inchoatis, ex proceribus optimos quosq; habuere ductores, hac opinione, vt eas muliebris sexus esse arbitarentur. Finitis iam tripudiationibus pariter vt ignoti venerant adolescentes, ita quoq; incogniti discedunt: vt planè reliquas puellas in dubio reliquerint quorsum deueniant.

Personati aliquot do- MVM TRIPVDIATORIAM INGREDIUNTVR.



VM choreæ iam ferè ad exitum essent perductæ, interuenerunt aliquot amplissima familia orti, qui laruati incedebant, quos octo tympanistæ totidemq; tibicines anteibant. Horum corporis cultus talis erat. Primum, vnusquisq; pileum acuminatum, summaq; industria factum gerebat. Horum formæ veterum Romanorum & Sæbillarum tegmina referebant: Hi ex aureo intertexto segmentis ac imagunculis quibusdam mira arte in gyrum dispositis, exornabantur: Laciniæ ex spadiceo serabo & aureo colore dependebant. In medio intertexti argentei, argenteæ rosæ eminebant, & nodis quibusdam venustè dependentibus decorabantur. Vestis talaris vnicuiq; ex aureo intertexto erat, cuius limbus, seu inferior pars ferreo circulo colligebatur: sic vt ea ratione vestes erectæ & rigidæ quodammodo viderentur.

Limbi

Limbi intrinseci, ex argenteo contexto erant, laciniæ aureo intertextu dependebant, quæ sanè non aliam referebant speciem, quam si alia veste induti fuissent: In latere, dissectæ & apertæ à scapulis erant, hæ quoq; transmissæ argenteo intertextu fuerant: Manicæ laxæ difflebant, quarum vnà multo argento intertextu turgida, instar prælongæ vestis muliebris erat confecta: Altera spadiceo, & aureo filo implexa, mirum in modum spectantium pascebat oculos, vnusquisq; fasciam per transuersum corpus, ex fusco & purpureo serico, longitudinis quinq; vlnarum Viennensium gestabat: Latitudo verò, geminam holoserici latitudinem referebat. Hæ autem subductæ attalico candido Florentino erant. Porro, eorum, qui personati domum tripudiatoriam ingrediebantur, nomina hæc sunt.

Illustriissimi Principes, ac Austriæ Archiduces &c. Ferdinandus & Carolus, charissimi fratres.

Wratislaus à Pernstain, Dominus in Dobschaw, aurei velleris eques &c.

Marcus Anthonius Spinola, Comes in Tartzerola &c.

Carolus Ludouicus à Zelring &c. &c.

Iohannes à Pannowitz in Mechawitz. Hi optimo ordine Gynecæū ingressi, Serenissimæ Bohæmiæ Reginae &c. virgines, rectissimasq; foeminas, exhibitæ tesseris, ad ludendum inuitarunt, forte iam missa, rursus choreas repetunt.

Sequitur præmiorum DISTRIBVTIO.



IS omnibus debito quodam honore & reuerentia peractis, incoeperunt Brabeutę vnumquemq; præmijs, iuxta suam virtutem exornare. Et certè, quamuis nemo non fortissimorum virorum specimen in decertando ediderit, tamen plerunq; vsu venit, vt non omnes, veluti qui in stadio currunt,